

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

4. De Magia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Diuinatoriae sortes sunt quibus latentiis veritatis manifestatio, non à Deo, sed à dæmoni expressa vel tacite imploratur idq; superstitionis & illicita.

10. Observations vanæ ex auium piscium exterritatione, aurium tinnitu, vulturis occurru, & millia huiusmodi venialia sunt, quia non fides, sed vanantum formido eis tribuitur.

C A P. I.V.

De Magia.

Magia una est naturalis (quæ est ratio intra operaria efficiendi per applicationem naturalium agentium sine ministerio dæmonis. Altera est superstitionis (quæ est ratio efficiendi mira opera dæmonis ministerio per signa ab ipso instituta ad imitationem signorum sacramentalium Christi Domini. Et quæ de diuinatione dicta huic referuntur. Nam per diuinationem desideratur à Dæmonie rei occultæ cognitio ; per magiam effectio aliquius operis.

Duplex Magia : Vna per pactum seu societatem explicitum cum dæmoni cui iuncta apostasia à Christo & adoratio diaboli : credunt enim magi, diabolum non esse miserum, sed felicem, qui & ipsos felices reddere possit. Accedunt blasphemæ in Christum & Spiritum sanctum, sacrilega tractatio S. Eucharistiae, non raro etiam sedissima peccata per carnis cum diabolo in phantastico corpore commixtionem. Altera magia est per peccatum cum diabolo implicitum, si præter Ecclesiæ consuetudinem adhibetur aliquid certò efficiendum cuius vim naturalem cum habere non possit, vi posse nec à Christo, neque ab Ecclesia institutum. Nec

fer Christi sacra verba adhibere, si alia vana v. c.
ignota nominina, charta & cetera adhibeantur, supersti-
tiosum est, v. c. S. Iohannis Euangeliū scriptum
vile debere à virgine oriente sole in membrana vir-
ginea. Imò tametsi nihil adhibeatur, nisi quod
secundum se pium v. c. solus versiculus ex Psalmo,
sola oua paschalia, soli flores ex altari, si tamen in
hic et iusta fiducia conserenda sanctitatis, aut tempo-
rals commodi constituuntur, superstitionis sunt.

Gratia sanitatum plerumque tantum hominibus
pli confertur, ita ut sit personalis, & non affixa cer-
tei vel actioni à quacunque persona usurpetur.
Licer vero interdum Deus homini peccatori grati-
am gratis datam conferat, non tamen permanenter
sive habitualiter.

Quod si res aliqua aut ceremonia pietatis specie-
s vñficiens adhibetur, non quasi certus & infallibili-
lis effectus ex eo consequi debeat, sed quia inseruiaç
ad melius preceundum, & efficacius à Deo aliquod
temporale impetrandum, non est magicum quid;
sed actus inanis superfluus contra Ecclesiae consue-
tudinem.

Cultus superflui qui præter Ecclesiae constituti-
nem usurpantur, si non penitus tolli, quantum fieri
potest, emendari debent, v. c. si homines etiam pos-
sint abduci, ne in die S. Stephati equis venam mit-
tant, quod superstitionem: in festo S. Iohanni
fimia decerpant, flores in igne S. Iohannis
inieriant: si abduci non possint, saltem edoceri de-
bent, vt in iis certam spem non collocent, sed sal-
tem adhibeant ad se ipsos magis excitandos, vt à
tali sancto, vel potius à Deo per Christum & san-
cti huius intercessionem petant rerum suarum
conser-

LII 2

conseruationem, & augmentum, si ad animarum suarum salutem expediens fuerit. Idem statuendum de certo numero Candelarum aut precum, ut id faciant in honorem alicuius mysterii, sed non ea persuasione, quasi deprecatione aut oblatione Deogratia futura non sit, si alius numerus adhibeatur.

6. Magiae superstitiones tres sunt species: Primo, Ars notoria, per quam certis verbis & signis adhibitis variæ sententias absque labore acquiruntur V.C. Ab Anabaptistis. Secundo, Ars sanatoria corporum per benedictiones, ligamina, scripturam, quæ naturalem vim medendi non habent. Tertio, Ars maleficiarum id est documenta iumentis, segnibus & Magis illata, ad restitutionem propter iniuriam obligantia. Vnde Magorum bona confiscantur, & ex his fisci illata damna resarcire tenentur, iuxta. non possunt ff. de iure fisci: *Quia id bonum cuiusque intelligentur esse, quod ari altno superest.*

7. Si certum est, rem quæ adhibetur ad morbum V.C. curandum secundum se inutilem esse, non iuvat præstatio, qua aliquis excludere velit pactum diaboli.

8. Magus si operam secundum artem suam prætit, ac mercede accepit, eam restituere non tentetur ad modum medici, licet efficitus non sequatur modo diligentiam adhibuerit.

9. A Mago peti potest, ut signa magica quibus morbum intulit, destruat, seu dissoluat, non vendendo uno signo magico, licet quis suspicetur, magum tunc usursum signis: Quod si certò sciatur, magum usum signo magico, peccat mortaliter, ipsum accedens, quia nunquam licitum est ab aliquo petere, seu aliquem inducere ad id agendum, quod sine peccato feci

hieri non potest. Adhibere autem signum magi-
cum, & pactum cum dæmone, intrinsecè & per se
malum est. Quod si quis dubiter, utrum licito an
illicto modo solui possit, peccar, & abstinere debet
a petitione; Ratio, quia in dubio facti cum agitur
de periculo peccandi, Deum inhonorandi, tutior
pars amplectenda est.

C A P. V.

De temptatione Dei.

Tentatio alia est seductionis ad peccatum, quæ¹
nullo modo in Deum cadit, iuxta Iacob. cap. 1.
Habenim neminem tentat: Altera est probationis siue
experimenti, quomodo in sacra scriptura Deus di-
citur tentasse Iobum, Tobiam.

Peccatum temptationis Dei duplex est. Vnum
propriè dictum, quod ex infidelitate oritur, seu du-
bitatione de aliqua Dei attributo V. C. Præsentia,
omnipotencia. Quo sensu legitimus de Israelitis
Exod. 17. *Tentauerunt Dominum, dicentes: Est ne Do-*
nminus in nobis, an non? Est intrinsecè mala, grauissi-
mum peccatum. Alterum est peccatum temptationis
minas propriè dictum, quod non ex dubitatione,
sed præsumptione & nimia confidentia oritur, cum
quis sine necessitate petit à Deo, vel voluntatis suæ,
vel alterius rei miraculoram declarationem. In ne-
cessitate ad aliorum salutem, si non superant alia
media veritatis cognoscendæ, licet à Deo humiliter
signum petere: Ita excusat seruus Abrahams
Gen. 24. petens signum à Domino per modum ora-
tionis: *Ionathæ, 1. Reg. 14.* Apostoli, Actor. 4.
Nunc tamen si quis pro conuersione hæreticorum
signum à Deo peteret, tentaret, cum non desint

LII 3 ipsiſ